



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Doct. Martini Lvtherii Avgvstiniani Theologi Synceri  
Lvcvbrationvm Pars Vna, quas ædidit usq[ue] in annum  
præsentem XX. Catalogum earu[m] uersa tibi pagina  
indicabit. Alio Tomo, Domino Volente, ...**

**Luther, Martin**

**Basileae, 1520**

**VD16 L 3411**

Reverendus Pater Doctor Martinus Lvtherivs, Dispvttationis suae pro  
declaratione uirtutis indulgentiarum, hanc primam posuit conclusionem.  
Contra D. Ioannem Eccivm Theologvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34878**

# REVERENDVS PA

TER DOCTOR MARTINVS LVTHERIVS, DISPVTA  
tionis suæ pro declaratione uirtutis indulgentiarum, hanc primam po  
suit conclusionem.

Dominus & magister noster Iesus Christus, dicendo, pœnitentiã  
agite, omnem uitam fidelium, pœnitentiam esse uoluit.

## ECCIUS IMPVGNATOR.

Cum regnum cœlorum in uerbis Christi præsentem uideatur significare ec  
clesiam, ac tempus plenitudinis euãgelicæ tunc aduentantis, non uidetur quo  
modo pœnitentia omnem fidelium uitam exprimat

D. ANDREAE BODENSTEINII ARCHI  
diaconi Vuittenbergensis Apologeticæ propo  
sitiones, pro R. P. D. Martino Lutherio.

Prima Eccij conclusio contra Vuittenbergenses in fundamento est: Ecclesiã  
militantẽ, cui tempus plenitudinis euãgelicæ aduenit, cū sit congregatio om  
niũ fidelium, inter quos non pauci sunt iusti, non uideri pœnitentiã indigere.

1 Eccius non intelligit quod ecclesia ingemiscit: negat quod ecclesia confi  
tetur; & turpiter orationes, in quibus uersatur, ignorat.

2 Quoniam ecclesia annua quadragesimali obseruatione, se purificari con  
fitemur, & uniuersaliter coacta dicit, peccatores terrogamus &c.

3 Eccius autem tollendo pœnitentiam ecclesiæ, eius purificationem negat  
quam ipsa confitemur, ne a domino iudicetur.

4 Ecclesia petit dei populũ ab omnibus peccatis emundari: quæ uerba sunt  
pœnitentis Psal. l. Ita quoq; expostulat ecclesia; Sacro nos purificante ieiunio.  
Item: A noxijs quoq; uitijs cessare concede.

5 Dicit item: Deus qui culpa offenderis, & pœnitentia placaris &c. Et fla  
gella quæ meremur, auerte, Non dicit, meriti sumus, sed meremur. Item Ad  
uerte, pœnitentia placaris.

6 Et in alia collecta: Parce domine parce populo tuo, ut dignis flagellis ca  
stigatus, in tua miseratione respiret.

7 Nonne ecclesia seu populus dei petit se castigari: quod si non est pœnite  
re, Eccius iudicabit.

8 Hoc idem inter suffragia in collecta: Deus qui culpas nostras pijs uerberi  
bus percutis &c. ecclesia petit.

9 Vide Eccij collectam quam ecclesia facit: & petit ab imminentibus pecca  
torum suorum periculis, deo protegente saluari.

10 Quæ petit a populo dei flagella iræ diuinæ auerti. Sed fortasse Eccij absq;  
libris facile respondebit, ecclesiam deprecari, ut ab imminentibus peccatis libe  
retur. Non ab his quæ insunt, sed quæ imminent.

11 Verum ut euasiones manifestis occludantur septis, ei collectam hanc op  
ponimus: Purifica quæsumus domine tuorum corda fidelium, ut a terrena cu  
piditate mundati, & præsentis uitæ exuantur &c.

M iij Adde

Adde & alteram eius dici Collectam; qua petit, ut sancta deuotio purificatio-  
nem tribuat.

12 Ex qua oratione ad litteram uidemus ecclesiam deprecari, ut fidelium dei  
corda purificentur; quod humilitatis causa dictum esse, nemo nisi anathemate  
percutiendus, dicere audet.

13 Per fideles dei, quos audet intelligere, nisi eos, qui ex fide uiuunt iustos;

14 Secundo ad litteram apparet ecclesiam deprecari, ut dei fideles, hoc est iu-  
sti, a cupiditate terrena mundentur; ergo habent immundiciem purgandam.

15 Rogo Ecclesiam, quid aliud efflagitat ecclesia, nisi ut iusti mundentur ab ædi-  
ficatione illa, qua iusti super fide Christi, lignum, fœnũ & stipulam ædificant;

16 Qui non pereunt, sed per ignem saluantur; cuius diuersa est penes Augu-  
& Grego. interpretatio.

17 Aedificant qui carnali affectu circa temporalia tenentur &c.

18 Petit ecclesia, ut eius membra sancta, a cupiditate terrena purificentur, ut  
sordes subnascentes diluantur.

19 Quod timuit illa, quæ pulsanti sponso dixit: Laui pedes meos, quomodo  
Inquinabo illos?

20 Petit ecclesia, quod Christus patrem cœlestem facturum promisit, uideli-  
cet ut palmitem ad ferendos fructus purget.

21 Cum in multis offendimus omnes, idcirco ecclesia petit purgari ab offen-  
sis & culpis, & agit pœnitentiam.

22 Petit, ut fidelium corda purificentur; quia omnes fideles uetustatē ex pec-  
cato relictam habent, quæ in interiori homine de die in diem renouatur.

23 Petit quod apostolica præcipiunt mandata, renouari scilicet spiritu men-  
tis, & indui nouo homine.

24 Eximia est pœnitentia, peccata & infirmitates fateri, & sanitatem a medi-  
co precari.

25 Eleemosynæ ieiunium & oratio, remedia sunt uenialium peccatorum.

26 Tamen euangelicæ plenitudinis tempus ecclesiæ aduenit.

*Ecclesia militans.* 27 Attamen uniuersa ecclesia quæ diu militauerit quotidiana pœnitentia est indiga.

28 Ecclesia militans ideo dicitur, quod rebellat semper, & in omni bono ope-  
re uitij atque concupiscentij impugnatur.

*Ex scripturis argumetur non ex sophis-  
matibus.* 29 Fit, dum iustus fortiter pugnat, fatigatio: quæ hilaritatē datoris lædit uitiatque.

30 Beatus est ait, non criminofus, qui allidit paruulos suos ad petram.

31 Hoc fit, quod charitas huius uitæ potest augeri; & illud incrementi quod  
deest, ex uitio nostro deest.

*Peccatum quod  
ecclesia expiat.* 32 Hoc uitium peccatum est, quod ecclesia sancta quotidiana confessione, nec  
sterili dolore expiat.

33 Hoc uitium habent, qui pedum lotionem indigent.

34 Quod boni & mali, filij dei habent: semper enim, dum bene facit iustus,  
peccat, & bonus & malus est.

35 Immo nemo coram deo, nisi iustus, pœnitet.

36 Adde quod septies in die iustus cadit, sed non colliditur: quia dominus  
supponit manum; secundum Cassianum patet, quod fideles iusti cadunt.

*Aduersarij  
Martini &  
Andree, sa-  
era aut non le-  
gunt, aut non  
intelligunt.* 37 Quibus iustis dominus manum supponit; & ideo non imputat peccata, quod pec-  
cata sua agnoscunt, ac semur percutiunt, & debitoribus remittunt debita.

38 Mordaces illi qui sub titulo M. & A. uerbum imputat, tanquam indecens  
seu non congruens notant; litteras sacras rident, & ecclesiasticos adlatrant: sed  
cur?

cur: quia legere & intelligere, ut bene loquantur, nolunt.

39 Agunt pœnitentiã incorporãdĩ; agunt & ueraciter, ecclesiã incorporati.  
40 Sed & nullũ ex literis Apostolicis, quibus ecclesiã sancta sine ruga & macula prædicatur, Eccius auxilium petat; ne ceteras scripturas, hac male intellecta, ut Faustus legem Moyſi, laceſſat & rumpat; quoniam præmiſſis non obſtat Auguſtinus contra Iulianum libro quarto, capit. tertio.

## CONCLUSIO SECUNDA R. P. D.

Martini Lutherij ex uerbis Euangelicis.

Quod uerbum, pœnitentiã, de pœnitentiã sacramentali, id est confessionis & ſatisfactionis, quæ ſacerdotum miniſterio celebratur, non poteſt intelligi.

## ECCIUS IMPUGNATOR.

Interiorem pœnitentiã magnã eſſe, Chriſtus & omnes Chriſtiani docuerũt, Siquidem deus cor aſpicit & uoluntatẽ. Vidua hoc docet, quæ minuta duo in Gazophylacium miſit, & plus omnibus miſit, D. Ieſu teſte. Eſt enim uoluntas in anima, ſicut regina in regno.

D. ANDREAE BODENSTEINI ARCHIDIAconi Vuitenbergenſis Apologeticæ propoſitiones, pro R. P. D. Martino Lutherio.

1 Veruntamen cum Eccius in ſecunda contra nos conſuſione, idcirco magnã interiõrẽ fecit pœnitentiã, quod uoluntatem reginã ſuorũ actuũ dicit, oſtendit ſe uel ignorare literas ſanctas, uel eis aperte contradicere.

Eccius literis ſacris contra dicit. Audaculus Eccius.

2 Nam uoluntas noſtra non eſt regina & domina eorum operum, quæ de eº ut uoluntatis eſſent, fecit. Niſi liceat cum audaculo Eccio ſecuritatem uoluntati promittere, contra prophetica & apoſtolica documenta.

3 Idem Eccius ſe ignorare oſtendit, quod pœnitentiã eſt donum dei, quod deus in nobis operatur.

4 D. Eccium hac ſcriptura ſatis cõfutari exiſtimo, quam Hieremias adidit: Cõuerte me domine & conuertar, quia tu domine deus meus. Poſtq̃ enim cõuertifti me, egi pœnitentiã; poſtq̃ oſtendiſti mihi, perculli femur meum &c. Quam legat, & uideat confuſionẽ ſuã, Hierony. interprete, Amb. & nõnullos alios non, ſine cauſa reticemus,

5 Cõmouiſti terram, & conturbatiſti eam: ſana contritiones eius, quia cõmota eſt, Deus commouet uoluntates, & fit contritio.

6 Diſcat eodem Hieremia docente, quod dominus conuertit conuerſionẽ noſtram, Quod dominus dat pœnitentiã; agnoſcat orationẽ, quã ſcit: Da nobis digne flere mala quæ fecimus.

7 Veruntã cũ litera nõ dicat, dediſti, ſed cõuertifti &c. & timendũ ſit eũ, quẽ pronus fuit hæreticũ uocitare, M. quem non intellexit, & hæc calumniari, legat Apoſtolum: Ne forte det illis deus pœnitentiã, & reſipiſcãt a diaboli laqueis. aduerte, det, ait, lege Auguſtinum.

Eccius pnus Mar. de hæreſi traducere. Deus dat pœnitentiã.

8 Voluntas eſt domina & regina ſuorũ actuũ, ſuorũ omnĩũ, ſcilicet malorũ. Quando

9 Quando uoluntas dominatur in anima, ridet diabolus, & exultat, quod preparatur ei præda.

10 Deus amat in nobis, quod ipse fecit; at quod ipse non fecit, odit. Ambrosi. facit collectam, quæ in primis legitur: Dirigere, sanctificare &c. Et in pascha: Deus qui per unigenitum &c.

11 Per autoritatem, Omnis plantatio, quam non plantauerit pater meus, eradicabitur; & bene ad propositum.

12 Misericordia equidem eius super omnia opera eius; non nostra mutabilis uoluntas; quando ab incommutabili uoluntate non regitur, tunc tanto citius appropinquat iniquitati, quanto acrius intendit actioni. Attendi Ecclesi.

13 Aduerte commodum & periculum, quando uoluntas regitur, & quando in anima regit.

14 Vniuersaliter loquendo, deus est dominus, & rex in anima nostra.

Oia nostra,  
mala sunt &  
peccata.

15 Omnia nostra, quæ deus non fecit nostra, mala sunt & peccata.

16 Perditio tua ex te Israel, tantummodo auxilium tuum ex me. Ex nobis perditiones, ex deo suppetiæ & bona & salus. Si poenitentia salutaris ex nobis, id est, uoluntate nostra est, falsa erit, quod perditio ex nobis est.

Iustitiæ no/  
stræ sicut pan/  
nus mēstrua/  
ta.  
Thomistarū  
error.

17 Omnis iustitia nostra, hoc est, nostræ uoluntatis, est sicut panus menstruatæ mulieris. Hanc autoritatem Thomistæ male dicunt de iustitia legis sacramentalis dictam, & non intelligi posse de alia lege scripta;

18 Pondera autem, quæ splendidum sit opus, quod uoluntas in anima, dum regit, operatur.

19 Domino deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei nostræ, si nobis est; id est, nos habemus confusionem, deus autem iustitiam facit; quid de poenitentia, quando nostræ est uoluntatis.

20 Sed scit Ecclesi in suis iustificationibus fortasse preces prosternere, & non in miserationibus dei; ac habere suam iustitiã, non dei;

21 Deus, ait Hieremias, facit misericordiã in terra. Tu es, alio attestante propheta, misericordia mea.

22 Quod Ecclesi, nisi furiaus, de misericordia, qua deus misericors est, accipere nequit; sed ea misericordia, qua misericordes operante deo, efficimur, deus nostra est & dicitur misericordia.

23 Iuxta Dauidicum illud: Secundum magnam misericordiam tuã uiuifica me; & custodiam testimonia oris tui.

24 Opera misericordiæ, & ea sola, deus coronat in misericordia & miseratione nam ei iudiciũ sine misericordia, qui non facit misericordiam.

Facultas infir/  
mi arbitrij  
eneruatur.

25 Quibus documētis lapideũ pectus molliiri posset, & omnis facultas infirmi arbitrij eneruari; quoniã opera dei non sunt in potestate nostra. Dñs em̄ soluit cõpeditos, non liberũ arbitriũ. Dominus erigit elisos, non liberũ arbitriũ.

Opera bona  
non sunt in no/  
stra potestate

26 Si opera bona essent in nostra potestate, stulte peterem⁹ ea nobis donari.

27 Omnia quæ ad uitã spiritalem attinent, hoc abbreviato efflagitamus uerbo Fiat uoluntas tua, hoc est: fac nos facere, fac nos uoluntatis opera suscipere.

Ecclesi nimit/  
um naturæ  
tribuit, nimit/  
mum deo.

28 Ecclesia sibi dari seu donari deprecatur, ut deũ querat, & ut gaudia pmissiõis quærat, ac quæ sita citius inueniat. Petit se illustrari, ut uidere possit agēda; quæ Ecclesi sine precibus accurate perspicere potest. Item petit dari, ut agnoscat quod profiteatur; & celeste munus, quod frequenter, diligat; quod Ecclesi ex naturalibus, nullo precatu suffultus, diligere potest. Petit item, deum praueniendo actiones nostras, aspirare. Et rursus adiuuando prosequi. Ecclesi autem cum gratiam

nam habet, nō indiget nouo auxilio, nisi se indigere fateatur. Item ecclesia præstari sibi auxilium petit, ut orationibus & ieiunijs intendat, cū multis collectis.

29 Quod ex Ezechielis & aliorum autētorum testimonijs deum facere, ut faciam⁹ dixi, ostēdā Eccles in orationib⁹ suis, ne posteris rursus aberret diebus.

30 Habes orationem in quadragesima, dominicā primæ feriæ sexta, quam tibi facis deuotam, pulchre in collecta dominicæ secunde feriæ tertia petit, ut deo operante impleamus, quod eo autore cognouimus. Et in alia sic dicit ad literas & eius semp faciat inharere mandatis, dominica in tertia. Itē dominicæ quartæ feriæ quarta, & dominica in octaua Paschæ: qui celebrari fecisti. Et in feriali collecta dicit: fecisti celebrare, fac gaudere.

31 Verum, ut exemplū propositæ pœnitentiæ habeas, aduerte, quod oras sabato dominicæ quartæ in quadragesima: Da nobis digne flere mala quæ fecimus &c, quid est hoc aliud, nisi: Fac nos flere, largire nobis fletum peccata expiantem.

32 Innumera alia sunt exempla, ex quibus addiscere deberes, deum hoc præstare, quod nos facere iussit: nec alia sibi placere, q̄ quæ ipsæ largitus est, nec alias quas prosequi actiones, q̄ quas ipse inspirauit: suas prosequitur, suas adiuuat actiones, sua opera, non nostra coronat. Probat per collectam dominicæ quartæ post octauas Paschæ. Et collectam quæ Paschæ, & ad primam inter paschalia legitur festa, per illud, qui habet dabitur, ut abundet &c.

Deus hoc nobis præstat, quod facere iussit.

33 Veniamus demum oportet ad infirmitates, ad nihil, cum ecclesia dicentes: Deus qui conspicit omni nos uirtute destitui, interiorius exterioribusq; custodi: dominica secunda in quadragesima. Absit ut deus false conspiciat, & ecclesia mētiatur, nos omni uirtute destitui.

34 Sublata est per hanc orationem ab homine spes, & bene: quoniam maledictus est qui spem ponit in homine. Eccius est homo, ergo nec in se, uel in sua uoluntate spem pœnitentiæ faciendæ ponere debet.

Maledictus qui spem ponit in homine

35 Et rursus bene, ne dixeris, ego feci mihi hanc uirtutem, sed potius memoreris domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudine facere uirtutem.

Fiducia nostra in deum

36 Ergo nos sumus nihil in dei scientia, sed aliquid in diuina eius misericordia, Bernardus.

37 Si omnes profuderimus & exercuerimus facultates, nō habentes dei charitatem, sumus nihil.

38 Si autem diuinas opes, & superna auxilia, & esurientes pauperes, nihilq; habentes mendicatum quæsierimus, dominus pro nobis sollicitus erit, per illud: Ego pauper & mendicus &c.

39 Eant, ego & nos fecimus, euanescent nostra, & propria; mortificemus de spiritu nostra, ut deus faciat sua in nobis.

40 Vbi nō ego, ibi felicius ego. Augustinus de cōti. Vbi non aliquid & nihil ibi felicius aliquid, per illud: Exaltauit humiles.

41 Et per illud: Deus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis: destruxisti, ait, nos.

42 Quam diu placent homini, ego, nos, nostra, propria, & meum, nostrū, aliquid: tādū uicissim in homine est qd deo displicet, arg. Ambrosius &c.

43 Sed nostrū ego impios in seruitutem redigit, in iniustis aut uehementes habet uetustatis reliquias. Mirabiliter quoq; serpit tentatio: quæ aufert nobis, ego, tu, nos, uos, non ego, non tu, & male tu fecisti.

44 Tunc uero quando deus regnabit, & erit omnia in omnibus: ego, & omne

ne

ne proprium uileſcent;

45 Sūmoneamus humiliter & uere, ego & nos; & tūc deus nos faciet ſaluos,

46 Non eſt homo uerax, in quo deus non loquitur.

47 Nemo habet de ſuo, niſi mendacium & peccatum.

Facere quod  
in ſe eſt. 48 Qui facit quod in ſe eſt, facit quod deo diſplicet, mentitur, obloquitur, ac ſibi officiit.

49 Ex præmiſſis inferitur, quod bona operatio non uoluntati humana, ſed diuinæ debet ſimpliciter attribui.

50 Bonus actus, ut aiunt, quantum ad totam ſuam entitatem, hoc eſt, totus attribuitur deo.

Contra Ca/  
preolum &  
Scotum.

51 Illi autem qui uoluntati ſubſtantiã actus, ut Capreolus & Scotus; modū ſero ſeu entitatem minorem deo attribuunt, quod maius eſt ſibi ipſis; quod minus, ne dicam feces, deo deputant. Ex propoſitis inferitur ad deſtructionem illius, quod penes Scotum legimus; uidelicet, quod uolūtas eſt principalis cauſa, quantum ad principalitatem entitatis in bono opere, ſecus quantum ad principalitatem eſſe meritorij, Scotus & ſequaces in. j. & Capreo. in. ij.

Auguſtinum  
male exponē/  
tes.

Inferitur quoq; aduerſus eos, qui Auguſtinum diuellunt ne dicam corrumunt, exponentes eiuſ dictum; ipſa gratia augetur, ut aucta mereatur perfici; comitante, non ducente; pedifſequa, non præuia uoluntate, dicentes, quod uolūtas eſt pedifſequa, quantū ad relationē meritorij, de qua Auguſti. nō cogitauit.

R. P. D. MARTINVS LVTHERIVS.

Igitur Papa per remiſſionem omnium pœnarum, non ſimpliciter omnium intelligit, ſed a ſeipſo impoſitarum.

ECCIVS IMPVGNATOR.

Immo oppoſitum, quia uel intelligit pœnas Canonū ſolum accumulatiue, ad pœnas a deo impoſitas concurrere, iam laqueus, non ſalus eſſet in Canonibus pœnitentialibus. aut uult eos declaratorios, ſicut in ueritate ſunt, & ipſe nō attendit, iam remittendo pœnas Canonum, aliquas pœnas remittit.

D. ANDRÆ BODENSTEINII ARCHIDIA  
coni Vuittenbergenſis Apologeticæ propoſitio  
nes, pro R. P. D. Martino Luthero.

Eccius iudai/  
zat, plus tri/  
buens homi/  
nibus q̄ deo. 1 Eccius dum in canonibus non laqueū, ſed ſalutem eſſe putat, & hoc late  
ter ſcribit, iudaizat, & Paulum, qui dicit, Litra occidit; item, lex eſt miniſtratio  
mortis; non intelligit.

2 Aut plus hominibus q̄ deo tribuit.

3 Indiget idem Auguſtino doctore.

4 Et ea caret intelligentia, quam Capricornus, Scotuſq; Alphonſus & Ga  
briel, præſtare nequeunt.

Eccius hære/  
ſim in pulmo  
ne habet. 5 Cum autem is error, qui in atramēto, ſeu literis eo factis, aliud auxiliū,  
q̄ demonstrationis & manifeſtationis, utputa ſalutem ipſam ponit, in Paleſti  
no iudicio ſit ſubuerſus ac condemnatus; metuendum eſt Eccium hæreſim in  
pulmone habere.

6 Non ſufficit prædicare uerbum dei, aut illud legendo intelligere; ſed oportet ut

- et ut assensus ei accommodetur.
- 7 Peiores efficiuntur qui diuina, etiam euangelicam legem, sine gratia audiendo uel legendo intelligunt.
- 8 Cognitio peccati sine gratia nocet: facit enim nos scire quod uitare non possumus.
- 9 Nudus sermo ad monendum est utilis, ad persuadendum infirmus.
- 10 Nec lex sancta quae facienda & deuitanda demonstrat, & liberum arbitrium cum ea, ad faciendum salutis opera sufficiunt.
- 11 Si Eccius salutem in scripturis collocari putat, ipsum in Iudaeis Christus reprehendit, ibi: Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis &c. & ei aduersatur Apostolus, qui dicit gratiam lege testificari, non conferri.
- 12 Immo si error notatus subsisteret, magna Bibliae pars falleret.
- 13 Paulus quoque infanuisse merito conuinceretur: qui uelut gratiae defensor dixit: Si iustitia est ex lege, Christus gratis est mortuus.
- 14 Si Eccius de salute secius quam nos dixit, eius conclusio contra Vuittenbergen, posita, non urget, nec ualet, sed aduersus ignem careo pugnat stimulo.
- 15 Verum si de salute locutus est, more scripturarum, apostolicis aduersatur documentis.
- 16 Ex praemissis colligitur, quod si canones conscientiam obligant, solum praeruaricationes accumulunt, praecipuum ecclesiae ostendunt, & ultra non progrediuntur.
- 17 Cum autem D. Eccius Vuittenbergeneses non dicit attendere ueritatem: uidelicet, quod canones sunt poenarum a deo impositarum declaratorij: nisi facile condidatur, euanescent iactata sua ueritas, praesertim si non per se scripseris.
- 18 Petit tamen, ut idem Eccius in propositione sua, quae incipit, Erronea apparet &c. ad idem & apertius loquatur. Quae enim controversia est partium non aduersantium: Nisi sic dicat, Canones cumulatorios, aut declaratorios poenarum. Sed parua & minuta non curamus, nec prosequimur sophismata.

Gratia lege  
testificatur,  
non conferitur

Ex Vuittenberga cursim, VII. die mensis Iulij,  
An. domini M. D. XVIII.

N R.P. Martini